BIBLIOTHECÆ JOSEPHI GARAMPII CARDINALIS CATALOGUS...

Mariano De Romanis,
Girolamo Amati



BIBLIOTHECÆ
JOSEPHI GARAMPII
CARDINALIS
CATALOGUS
MATERIARUM ORDINE DIGESTUS

E T

NOTIS BIBLIOGRAPHICIS INSTRUCTUS

A MARIANO DE ROMANIS.

TOMUS PRIMUS.

THEOLOGIA.





R O M Æ 1796.

Eodem de Romanis Bibliopola Venditionem administrante.

DE VITA JOSEPHI GARAMPII CARDINALIS COMMENTARIUS

HIERONYMI AMATII SABINIANENSIS.



Uum tandem Catalogum Librorum, qui in Bibliotheca Josephi Garampii Cardinalis adservantur, in lucem edere constituerimus, haud alienum visum fuit, quædam heic de Cardinalis ipsius vita moribusque præfari. Hoc etenim pacto & Bibliothecæ ipsius præstantia quam aptissime demonstrabitur, quum scilicet ostenderimus, quis & quantus vir ipse librorum collector exstiterit; & justis simul politioris humanitatis cultorum votis satis fiet, quibus nempe excellentium in hac scientiæ parte virorum acta laudesque cognoscere utile semper & jucundum fuit.

Josephus igitur Garampius Comes patrem habuit Laurentium, virum ex Ordine splendidissimo Ariminensi Patricium, &, quod magis interest, morum probitate & candore insignem. Hic, pro suo in literas amore, filiolum ab ineunte ætate optimis disciplinis erudiri quam maxime curavit. Inerat in adolescentulo ingenium, & illa præsertim animi vis, qua in studia ii ardentissime feruntur, quos, ut dici solet, *aequus amavit Juppiter*, & quibus *meliori luto finxit præcordia Titan*; & qua sine vi ingenia plerumque inutilia atque otiosa marcescunt. Hinc, quum

in patria primum optimos Præceptores nactus esset (& inter ceteros Janum Plancum, multæ eruditionis & nominis Philosophum), ita apud eos labore diligentiaque profecit, ut nobile & arduum simul æqualibus suis æmulationis præberet exemplum. Quum vero patriam Ariminum tunc externorum exercituum, qui illac transibant, copiis & tumultu plenam vidisset, quo liberius studiis operam daret, Florentiam secessit; ibique facile in amicitiam receptus est ab eximio illo sui temporis Philologo Joanne Lamio, qui generosam adolescentis indolem miratus, ipsum per se currentem ad reconditiorum Literarum antiquitatisque cognitionem erexit, & porro patriæ suæ in magnam spem natum aperte prædixit. Inde discedens Garampius, Mutinam petiit, quo ingens illud Italiæ ornamentum Ludovicum Antonium Muratorium viseret, eique arctiori necessitudinis vinculo jungeretur. Factumque est sane, ut vir doctissimus præconceptam a Lamio de adolescente opinionem plenissime confirmaret. Garampius interea, qui (notando nostris temporibus exemplo) scientiarum omnium cultui Religionis sanctissimæ studium & amorem conjunxerat, Romam cogitabat: qua quidem in urbe potissimum debitum virtuti locum, & præmia proposita esse, inter æquos rerum æstimatores satis constat. Facile profecto fuit modestissimo adolescenti in urbe sacra commoranti ad Sacerdotium evehi: at inde ad plures honorum gradus per merita tantum & labores ei patuit accessus. Nam, quum insignem illam *de Nummo Benedicti III.* Dissertationem composuisset, eruditionis & rei diplomaticæ fructu ad miraculum refertam, eamque Optimo Principi Benedicto XIV. obtulisset, Pontifex Maximus, pro sua doctrina & in doctos homines munificentia, dignum auctorem judicavit, quem secreto Vaticanarum Ædium Tabulario præficeret, postque

paucos menses (XIII. scilicet Kalendas Novembres anni MDCCLII.) Basilicæ Vaticanæ, ut ajunt, Canonicatu insperantem augeret. Ea porro sedulitate & peritia Garampius noster in Tabularii cura versatus est, ut maxima inde lumina ad Historiam, quam vocant, medii Ævi illustrandam, & ad Pontificiæ Ditionis jura vindicanda per eum provenerint, & plura etiam proventura fuissent, si eidem, quæ susceperat opera perficere per vitam licuisset. Hoc docti secessus, optimaque fruge plenissimæ tranquillitatis amore incensus Garampius diversum munus Epistolarum arcanis notis conscribendarum, sub idem tempus a Pontifice oblatum, accipere recusavit; & Princeps providentissimus, quo magis laborioso juveni gratificaretur, reique Literarum publicæ commodis prospiceret, alterius etiam Tabularii ad Castrum S. Angeli custodiam eidem libentissime concredidit.

Verum, quum anno MDCCLXI., ad ineundam inter Germaniæ Principes pacem, colloquia Augustæ Vindelicorum indicta essent, illuc per honorifice a Clemente XIII. P. M. Garampius noster legatus est; homo scilicet veteris Ecclesiasticæ disciplinæ peritia, morum que sanctitate, quibus pollebat, ad Religionis caussam feliciter tractandam aptissimus. Hac in Legatione diu moratus noster, eum profecto a Proceribus illis laudis & adsensionis fructum retulit, quem ab eo tantum homine, qui talibus virtutibus ornaretur, sperare fas erat. Quis enim nescit quanto nunc cum fastidio Religionis negotia per sæculi perversitatem excipi soleant? Altera dum hæc geruntur, oblata est Garampio nostro sapientiam probitatemque suam ostendendi occasio, quum ad illustre Salmense Cœnobium Pontificii Visitatoris nomine missus, adeo brevi tempore, doctis homiliis habitis, piis laboribus exantlatis, exortas Monachos

* 3

inter & Abbatem dissensiones sedavit; omniaque in pristinum Christianæ charitatis splendorem restituit. Inde profectus haud procul sita Monasteria Wingarstense, & S. Blasii in Silva Nigra, Urbem Genevam, Helvetiæ Pagos peragravit, quo Bibliothecas scrutaretur, hominesque literarum laude florentes inviseret. Anno insequenti, quum pax inter Reges, nullo solemni Conventu habito, sancita esset, novum iter Garampius per Belgas & Batavos suscepit; indeque Lutetiam Parisiorum, atque Vindobonam usque. Hoc in itinere *mores hominum multorum vidit, & urbes*, sed longe plures libros & vetustos codices sibi comparavit aut descripsit, ad eam Bibliothecam amplificandam, quam adhuc adolescens Romæ condere instituerat; nullis ipse parcens laboribus vigiliisve, operaque adjutus eruditissimi comitis Callisti Marinii. Quæ quidem docta peregrinatio mirum quantam Garampio apud clarissimos tota Europa in Scientiis & Literis homines gratiam pepererit, quamque Romanæ Ecclesiæ nomen & decus auxerit, & firmarit. Romam tandem reversus anno MDCCLXIII. ingenti honoris significatione a Clemente XIII. P. M., & a Cardinali Torrigianio Status, ut ajunt, Secretario exceptus est. Verum Urbis luce diu frui non licuit, quum anno labente in Germaniam regredi debuerit, quo Nicolào Oddio apud Helvetios, ut vocant, Nuntio, Comitiis Francofurtensibus pro Imperatore eligendo adesset. Hoc etiam in munere mira Garampii doctrina & diligentia refulsit, qua machinas a Febronianis Romani Pontificatus hostibus structas aperte subvertendo, qua Principum animos officioso cultu, auctoritatis, scientiæ prudentiæque commendatione Catholicorum caussæ amicos reddendo. Legatione confecta, Oddius in sacrum Cardinalium Collegium ab eodem Pontifice Maximo Clemente

XIII. adlectus est, Garampiusque onus illud suscepit, quod modeste antea detrectarat, epistolarum scilicet arcanis notis ad Nuntios Apostolicos conscribendarum. Retinuit tamen, habita a Pontifice facultate, Tabulariorum custodiam, qua unice a tribus & viginti annis delectabatur, & ita, etiam novo munere auctus, antiquitatis studia, quibus tanta cum rei Literarum publicæ utilitate consuescebat, prosequi valuit.

Sed jam una cum ætate creverat in Garampio nostro virtutis & scientiæ fama; qua factum est ut a Clemente XIV. P. M. ad majora potissimum onera deligeretur, ad Polonici Regni Nuntiaturam scilicet obeundam. Quod sane munus difficillimis illis temporibus non alium requirebat hominem, quam rei diplomaticæ peritia, Juris publici & Canonici cognitione, Christianarumque simul virtutum ornamento insignem, qualis omnium judicio Garampius noster. Qui profecto operam suam Stanislao Regi, Episcopis, cunctis Regni Ordinibus, reliquisque Poloniæ & Russiæ Proceribus ita probavit, ut eorum multo cum favore, in prima illa Polonicæ Ditionis divisione, ne quid populorum avita Religio detrimenti caperet, atque ut simul Romani Pontificis jura sarta tectaque servarentur optime curarit. Quid enim ille obtinere non potuisset, qui Regibus etiam heterodoxis obsequium, non solum verbis & scriptis, ex Evangelii mente debitum ostenderet, sed & factis ipse primus præstaret? Hinc illi magna apud Catharinam Moschorum Imperatricem, & apud Fridericum II. Borussorum Regem gratia. Sed eum præcipue, pro hac sua modestia, Stanislaus ipse Rex optimus idemque doctissimus dilexit, qui propterea eruditis ejus sermonibus assidue delectabatur. Hinc processit etiam omnium Ordinum populique favor, quo quisque Ec-

clesiasticæ auctoritatis, Scientiarum & publicæ felicitatis adsertorem venerabatur & colebat.

A Polonis deinde ad Austriacos, eodem Pontificii Nuntii nomine, Garampio nostro transeundum fuit; apud quos eadem hominis virtus (licet difficilioribus fortasse in negotiis) idem illi peperit decus. Suspiciebant enim eum docti nobilesque per universam Germaniam viri, & ab ipso Josepho II. Cæsare, ejusque matre Maria Theresia Augusta, nullas non obtinebat honoris demonstrationes. Sic ejus domus Vindobonæ, ut jam antea Varsoviæ, publicus habebatur Religiosorum & Literatorum hominum conventus, ac veluti Gymnasium, in quo de sacrarum profanarumque rerum scientiis summa quæque agitabantur. Difficile dictu esset quot & quam utilia colloquia pertractationesque Garampio nostro intercesserint cum clarissimis Antiquitatis cultoribus Eckelio, Denisio, Smitmerio, Froelikio, cum Theologis præstantissimis Petro Maria Gazzaniga, & Josepho Bertierio, nunc Ticinensi Episcopo, cum doctissimo illo Sacrarum Antiquitatum Alemannicarum illustratore Martino Gerberto, Abbate S. Blasii in Silva nigra, dum is Vindobonæ moraretur, cum tot denique cujuscumque Artis Studiosis, qui, ut fit, ad Urbem Imperii caput undique confluebant. Nostri præterea peritia & probitate factum est, ut eo uti solerent quotquot per Germaniam & Poloniam vel opus aliquod concinnare, vel Bibliothecas suas optimis Libris instruere cuperent Episcopi, Proceres, Polemarchi. Quos inter nobis nunc recensere juvat duos Romana Purpura Eminentissimos Viros Batthianium & Migazzium, doctissimumque simul Agriensem Episcopum Esterhazium, & ipsum denique Augustum Imperatorem Josephum, qui, Garampii consilio obsequutus, Vindobonensem Bibliothecam ea necessaria

complevit voluminum accessione, quam ex hereditate Ducis Valeriæ triginta millium scutatorum pretio illico coemit. Haec vero literaria obsequia mirum quantum Religionis negotio prodessent, dum Garampius eo quasi jure utens, quod illi eruditio & scientia merito tribuebant, Apostolicæ Sedis, ac universæ Christianorum reipublicæ commoda, undique quam aptissime promoveret. Cujus quidem operæ nulla commendatio obtineri potuit illa major, qua eam prosequutus est Sanctissimus D. N. Pius Sextus P. M., qui, quum sub hæc tempora Vindobonam eadem Religionis de caussa accessisset, idem munus nostro servandum etiam præsens mandavit; tertioque post anno ipsum, pro tot in Catholicam Ecclesiam meritis, sacro Cardinalium numero, doctis probisque omnibus impense plaudentibus, adscriptum solemniter voluit.

Novae dignitatis insignibus acceptis, nihil potius sibi duxit optimus Garampius, quam ut ad eum, quem pridem obtinuerat, Montis Flasconis Episcopatum revisendum properaret; & ita, post tot emerita stipendia, nullo unquam otio frueretur, sed majoribus in dies religiosis literariisque laboribus, qua fidei suæ commissos populos docendo, & ad solidam pietatem erigendo, qua scientias & humanitatem undecumque promovendo, incumberet. Verum, quum tribus post annis urbani Collegii Germanici Hungarici Patrocinium accepisset, ita annum suum divisit, ut aliquam partem Romæ transigeret, alteram in suo Episcopatu. Nec minus negotiosa Garampio erant urbana tempora, quam quæ in Monte Flascone. Vel enim rei Christianorum publicæ utilitati & decori consulere, doctis propugnatoribus ad novatorum impetus retundendos instructis, ac veluti in acie constitutis; vel scientias quascumque meliores promove-

re, studiosis harum rerum consilio & pecunia adjutis, ingentis animi vir assidue nitebatur. Ad quae quidem diversa officia ipse optime sufficiebat, qui immensum fere Librorum & Chartarum Thesaurum suum cognitissimum haberet, & pro acri, quo pollebat, judicio aliorum Lucubrationes inde augere & perficere posset, atque sæpissime soleret. Cujus singularis plane virtutis testes habemus locupletissimos & libros, quos ipse composuit, reconditiori eruditione refertos, & illos, quibus vel medicas vel ditatrices manus admovit; tum vero etiam Epistolas a Principibus viris, a pluribus per Italiam, Germaniam, & Galliam Episcopis, a doctissimis universæ Europae hominibus ad eum datas, quæ quum tam multæ, negotiorumque adeo plenæ sint, hominem placidissima studiorum umbra unice fruentem ostendere fortasse viderentur; tum demum Romana & Montis Flasconis monumenta civesque, qui quantum in laboriosis Religionis & Episcopatus ministeriis obeundis vigilaret, ac si hoc uno detineretur officio, satis & abunde experti sunt. Heic enim (ut ejus nunc benefacta in Urbe & alibi prætercam) Clericorum Collegium, quod Seminarium vocant, certissimum præ ceteris Catholicæ Religionis tutamen, ad eam celebritatis solidaeque doctrinæ famam evexit, quum ipse primi Præceptoris potius, quam Domini & Patroni munere ibidem fungeretur, ut inde semper optimos cives Respublica, Sacerdotes quam dignissimos habuerit Ecclesia.

Hæc fuit Garampio nostro, qua doctus vir, & qua religiosus, in publica luce vivendi ratio. Nunc quinam ejus mores & consuetudines intra domesticos parietes, interque amicos, videre juvat. Summa, etiam in adolescente, ab ocio & ab omni ludicro alienatio: constans, nec certis horis definitum, studii

laborisque exercitium, ut sæpe multa de nocte lucubraret, & quandoque vel inter prandendum, relicto cibo, Libros e proximis pluteis arriperet, iisque diutius immoraretur. Mira etiam excerpendi solertia, qua quidquid, in immensa propemodum lectione, ad rem suam facere putabat, adnotare, schedulisque committere consueverat. Hac fultus, ingens illud Opus aggressus est, cui *Orbis Christiani* titulum facere, & quo Pontificum atque Episcoporum omnium, quot quot unquam fuerunt, historiam successiones que enarrare cogitabat. Quem quidem laborem, licet ejus perficiendi gloriam, ob immensitatem, se posteris relicturum cognosceret, promovere tamen nunquam destitit. Tanta scilicet in homine ad utilia quæcumque & decora animi alacritas. Ea autem Operis præstantia, quæ Summo Pontifici Clementi XIV. statim offerri, ejusque jussu in Vaticano Tabulario condi meruerit, non sine magna Auctoris laude atque honore, uti satis ex illis constat Pontificiis Literis, *Motu proprio*, ut ajunt, datis IX. Kalendas Majas anni MDCCLXXII.

Bibliothecam suam interea Garampius, quam tot curis sumptibusque a prima adolescentia condere instituerat, quamque in dies augebat, communi studiosorum utilitati patere semper, atque, ut ii commodius inde volumina peterent, geminatis usitatiorum Librorum exemplaribus instructam esse voluit. Nulla ibi editionum ornamentorumque monstra, quæ ad ineptam magis ostentationem, quam ad fructum, multis nunc arrident: omnia severa, & ad optimum usum comparata. Eximius præterea in Librorum Domino candor, atque animi lenitas; ut, quum aliquando Amici Libros, ejus Bibliothecæ nota insignes in promercalium pilis prostantes (a male fidis scilicet, qui mutuati erant, divenditos) vidisse referrent, resti-

terit primo, hominum scelus & audaciam quasi abominatus & incusans; deinde sereniore vultu, se, dixerit, nihil ab unius alteriusve pravitate moveri, quum tantam a compluribus, qui ejus ope libraria rectissime uterentur, caperet voluptatem. Multa quoque ejus suaviloquentia & comitas, ut hae externæ dotes, non minus ac illae interiores animi, plurimos ei conciliarent. Ad infimorum alloquia se vultu & verbis demittere aptissimus: idem in augustioribus ministeriis eam præ se ferre majestatem, quam decebat, & e qua tamen insita eluceret modestia. Quid vero dicam de ejus in pauperes munificentia, de pietate in Deum, in Sanctos, in Patriam suam? Cujus illustria specimina, præter ea, quæ superius retulimus, cultum habemus plane singularem, quo B. Claram Municipem suam prosequutus est, & curas diligentissimas, quibus Ariminensia monumenta undecumque collegit disposuitque, illiusque insignis Bibliothecæ Gambalongiæ res administravit & auxit. Hanc hominis vere maximam virtutem abunde docent extremæ voluntatis Tabulæ, quibus de charissimis rebus, de Libris scilicet suis, ita juste & sancte disposuit, ut nihil supra. Nam, quum hinc insita liberalitas eum moneret, ut erga amicos & rem publicam munificum se etiam post mortem præstaret, Libris omnibus vel legato distributis, vel in usum communem perpetuo consecratis; inde naturalis in consanguineos charitas urgeret, quo iis maxime benefactum vellet; eo temperamento usus est, quod voluminum partem aliquam (præsertim quum multa, uti diximus, geminata possideret) illis & publico fructui reliquerit; hos vero majoris Bibliothecæ ex asse heredes constituerit. Habuit igitur Montis Flasconis Seminarium Waltonii Biblia Polyglotta, Hugolinii Thesaurum Hebraicum, deque

Theologia, & Philosophia Libros complures. Ejusdem Dioeceseos Parochi, ut vocant, Religiosae utriusque sexus Familiae, & amicorum non pauci ea volumina obtinuerunt, quae ipsis maxime opportuna essent. Summo autem Scientiarum & Librorum amatori PIO Sexto P. M. Editionum Saeculi XV., quotquot erant, optio, ad ejus privatam Bibliothecam perficiendam, jure meritoque relicta est. Harum Typographiae primitiarum reliquae, una cum Numismatum Serie, Codicibusque manu scriptis, patriae Gambalongiae cesserunt. Sed non hae postremae, licet piissimae, optimi viri cogitationes. Iis etiam moriens consultum voluit, quorum utilitatis & profectus summam vivens rationem habuerat, studiosis scilicet scientiarum & Literarum adolescentibus omnibus. Hos enim, quum jam pridem cognovisset, doluissetque, ea maxime in suscepto cursu difficultate impediri, quod Libros cujuscumque Scientiae optimos internoscere per se nescirent, nec a quibus id docerentur suppeterent, eo Catalogo donari jussit, qui per classes distinctus, singulorum Librorum veluti notas & pondus exhiberet.

Obiit supremum diem IV. Nonas Majas anni CIↃIↃCCLXXXXII. Quam immature, quam que defletum in tanto viro dicere superfluit. Praesentibus certe, etiam alienorum, lacrymis comitata funera videre satis obvium: at qui annos plures duret luctus, ille rarus, summaeque commendationis plenissimus. Hocce nos Garampii memoriam in hunc diem prosequi cernimus a tot praecipue adolescentibus, quos ipse (insciens gratissimos nominis sui propagatores futuros) multiplicis & singularis beneficentiae splendore sibi devinxerat. Ille prae ceteris, qui summo viro jam inde a Legatione Polonica, tum a caussis audiendis, tum a secretiori quacumque vitae, & consiliorum

communione, ad extremum usque spiritum perpetuus adfuit Laurentius Caleppius Comes, Romanæ nunc Sedis Præsul; quique a Cardinali amplissimo heres fiduciarius institutus, hujusce præsertim Catalogi editionem, suæ inter multa diligentiæ commissam, tam religiose exsolvit, id, quantumcumque est officii mœrens adhuc præstat, piamque hominis recordationem nullo temporis lapsu intervertendam libenter experitur, ac ita porro publice profitetur. Hic nobis ad hanc de Garampii Vita commentationem utcumque compingendam, opportuna omnia suppeditavit: daturus ipse quandoque uberiorem notitiam, Garampium nostrum triplici, ac perfectæ luci sistendo, qua is scilicet *doctus vir*, qua *politicus*, seu rei publicæ, ac præcipue Christianæ, administrandæ peritus, qua denique *Episcopus*. Optandum sane ut illustrissimo Præsuli tam pulchre designata perficere aliquando concedatur. Ejus singulari plane modestia factum est, ut pressæ ceteroquin & justæ laudes, in quas ego prono calamo excurreram, hinc penitus truncarentur. Ast hisce quidem silentibus, quibus ad breve durare datur, chartis, erunt tamen grati nobilioresque animi, qui debitum hac etiam Mundi in regione, & qualecumque tandem veræ virtuti præmium, nostra vice plenius, & felicius, in ævum exsolvent.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

Fr. Xaver. Passeri Arch. Lariss. Vicesgerens



IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Vincentius Pani Ordinis Præd. Sac. Palat. Apost. Magister.

PROSPECTUS BIBLIOTHECÆ

CLASSIS PRIMA
THEOLOGIA.

SECTIO I.
SCRIPTURA SACRA.



SECTIO II.

LITURGIA.

SECTIO III.

CONCILIA.

SECTIO IV.

SS. PATRES TAM GRÆCI QUAM LATINI.



SECTIO V.

THEOLOGIA SCHOLASTICO-DOGMATICA.

Cap. III. Theologiæ Dogmaticæ Tractatus singulares.



SECTIO VI.

THEOLOGIA MORALIS.



SECTIO VII.

THEOLOGIA CATECHETICA, ET PARÆNETICA.



SECTIO VIII.

THEOLOGIA MYSTICA, ET ASCETICA.

CAPUT UNICUM.



SECTIO IX.

THEOLOGIA POLEMICA.



SECTIO X.

THEOLOGIA HETERODOXA.



APPENDIX

AD THEOLOGIAM.



CLASSIS SECUNDA
JURISPRUDENTIA.



SECTIO I.
JURISPRUDENTIA UNIVERSALIS.



SECTIO II.
JURISPRUDENTIA CANONICA.

SECTIO III.

JURISPRUDENTIA CIVILIS.

CAP. III. Jus Nationale Publicum, & Municipale.

CLASSIS TERTIA
PHILOSOPHIA.



SECTIO I.
PHILOSOPHIA UNIVERSA VET. ET NOVA.



SECTIO II.

ARTES LIBERALES, ET MECANICÆ.

CLASSIS QUARTA

LITTERÆ HUMANIORES.



SECTIO I.

GRAMMATICA.



SECTIO II.

RHETHORICA.

SECTIO III.

POESIS.

SECTIO IV.

PHILOLOGIA.

SECTIO V.

POLYGRAPHIA.

APPENDIX

AD POLYGRAPHIAM.

OPUSCULA MISCELLANEA.

CLASSIS QUINTA

HISTORIA.

SECTIO I.

HISTORIA UNIVERSALIS.

SECTIO II. PARS I.

HISTORIA ECCLESIASTICA GENERALIS.

SECTIO II. PARS II.

HISTORIA ECCLESIASTICA PARTICULARIS.

CAP. I. Orbis Christianus.

§. I. *Episcopatus, in quo omnia, quæ ad Ecclesiarum Episcopalium, & Episcoporum Successionem, Historiam, & Gesta pertinent, comprehenduntur.*

§. II. *Pontificatus, in quo Romanorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium Vitæ, Res gestæ, & Conclavia referuntur.*



SECTIO III.

HISTORIA ANTIQUA.

SECTIO IV. PARS I.

HISTORIA RECENTIOR.

Seu Historia Geographica, Politica, & Civilis, Sacra, & Prophana Regnorum, & Provinciarum Europæ nostra ætatate florentium.

CAP. I. Historia Italiæ.

CAP. VI. Historia Magnæ Britanniæ.

CAP. VII. Historia Belgica.

CAP. VIII. Historia Galliarum.

CAP. IX. Historia Hispaniarum.



SECTIO IV. PARS II.

HISTORIA RECENTIOR.

Seu Historia Geographica, Politica, & Civilis, Sacra, & Prophana Regnorum & Provinciarum Asiæ, Africæ, & Americæ.



SECTIO V.

ANTIQUITATES, ET MONUMENTA HISTORICA.





SECTIO VI.


HISTORIA LITTERARIA.



SECTIO VII.



Auctores, quorum Scripta Apostolicæ Sedis judicio rejecta sunt, nemini acquirere fas erit, nisi exhibita in Scriptis retinendi legendique Præsidum facultate.



VERBA DECURTATA	*sic* LEGITO
angl. — — — — —	anglice.
C. C. — — — —	charta cerulea.
C. M. — — — —	charta maxima.
c. — — — — —	corio.
c. fl. — — — —	corio flavo.
c. n. — — — —	corio nigro.
c. r. d. — — —	corio rubro deaurato.
c. t. — — — —	corio turcico.
gal. — — — — —	gallice.
gal.cor.d.— —	gallice corpore deaurato:
MS. — — — —	Manu scriptus.
MSS. — — — —	Manu scripti.
p. — — — —	pergamena.
r. — — — — —	rustica.
v. d. — — —	vitulina deaurata.
v. g. — — — —	vitulina gallica.
v.g. cor.d.— —	vitulina gallica corp. deaurato.
v. hol. — — —	vitulina hollandica.

CLASSIS PRIMA
THEOLOGIA

SECTIO I.
S. SCRIPTURA

CAP. I.
Prolegomena.

§. I. *Prolegomena generalia*, *& particularia*, seu *Apparatus ad universam S. Scripturam*.

1. THEATRUM TERRÆ SANCTÆ, & Biblicarum Historiarum cum tabulis geographicis ære expressis, auctore Christiano Adrichomio. *Col. Agrip.* 1682. in fol.v.hol. 1 50
2. —— Idem opus. *Ibidem* 1693. in fol.angl. 1 50
3. REGNI DAVIDICI, & Salomonæi descriptio geographica, & historica, una cum delineatione Syriæ, & Ægypti, atque cum consideratione Urbium maximarum veter. & recentiorum, auct. Jo: Math.Hasio. *Norimbergæ* 1739. in fol. *cum tabulis vario colore pictis* gal. 3
4. BENED. PLAZZA, Dissertatio Biblico-Physica de literali proprio S. Scripturæ Sensu. *Viennæ* 1761. 2. par.1.vol. in 8.gal.cor.d. 30
5. MATH. PETITDIDIER, Dissertationes Hist.Crit. Chronologicæ in S. Scripturam V. Test. *Parisiis* 1699. in 4.gal.cor.d. 80
6. CAR. ANDRIAN, Dissertationes selectæ histor. chronologico-Biblicæ super V. Testamentum. *Viennæ* 1753. in 4.v.g.d. 60
7. TRAITEZ GEOGRAPHIQUES, & historiques pour faciliter l'intelligence de l'Ecriture S. par divers Auteurs. *Haye* 1730. in 12. gal. *Tom.I.* 20

8. F. Sisti Senensis, Bibliotheca Sancta. *Venet.* 1566. in fol. gal. *Editio prima ad Pium V. dicata.*	1	50
9. —— Id. opus auctum, & illustratum a F. Pio Thoma Milante. *Neapoli Typograph. Mutiana* 1742. 2. vol. in fol. v. d.	3	
10. Bern. Lamy, Apparatus Biblicus ad intellig. Sacra Biblia, exhibens methodicam dispositionem Antiquitatum Hebraicarum. *Amstelod.* 1707. in 8. angl.		20
11. —— Apparatus Biblicus, *sive* Manuductio ad S. Scripturam intelligend. *Ven.* 1777. in 8. *fig. p.*		50
12. —— Id. opus *Tyrnaviæ* 1762. in 4. *fig.* v. g.	1	80
13. —— Id. opus *gallice*. *Lyon* 1709. in 4. *fig.* gal.	1	80
14. Prolegomena S. Scripturæ ad usum Diœceseos Augustanæ, jussu Josephi Langravii Hasiæ, Ep. Augustani. *Augustæ* 1747. in 4. gal.		60
15. D. Thomæ Hotlzclau, Institutiones scripturisticæ. *Wirceburgii* 1775. in 8. angl. *To: primus complectens Prolegomena.*		30
16. Isagogæ ad S. Litteras, & ad mysticos S. Scripturæ sensus, auct. Sante Pagnino, cura Symph Campegii. *Lugduni ap. Hugonem a Porta* 1536. in fol. p.	2	
17. P. Hieron. Bezange, Introductio crit. hermeneutica historica in V. Testamentum. *Styræ* 1765. 2. vol. in 4. v. g. cor. d.	2	50
18. —— Introductio in IV. Evangelia. *Ven.* 1775. 2. to: 1. vol. in 4. v. g. cor. d.	1	
19. —— Introd. in Acta Apostolorum. *Papiæ.* 1782. in 4. v. g. cor. d.	1	
20. Jos. Math. Engstler, Institutiones S. Scripturæ, in quibus de Divina Origine, Natura, Partitione &c. Sacrar. Scripturarum agitur. *Viennæ* 1775. 1776. 2. vol. in 8. *max.* angl.	1	20
21. Ambros. Catharini, Claves duæ ad aperiendas, intelligendasve S. Scripturas. *Lugduni* 1543. in 8. *r.*		30
22. Regulæ præcipuæ Methodi Hagiographicæ a Jo: Bapt. Eberenz. *Aug. Vind.* 1761. in 8. gal.		20
23. Jean. Martianay, Traité méthodique pour expliquer l'Ecriture avec la suite, *ou* Traitez		

sur la Vérité, & la Connoissance de la S. Ecriture. *Paris*.1704. 2.vol. in 12.r. 60

24. ENCHIRIDION scripturisticum tripartitum, complectens Præludia ad SS. Bibliorum intelligentiam, & Historiam Vet. & N. Testam. cum Auctario in Paulinas Epist. & Apocalypsim, auth. P. F. Didaco a S. Antonio. *Wirceburgii* 1769. 4.vol. in 8. gal.cor. 1 50

25. Jo: DE ULLOA, Decades V. Regularum pro intelligentia S. Scripturæ, op. Franc. Foris Otrokocsi. *Tyrnaviæ* 1717. in 4.angl. 40

26. AUG.HERM. FRANCKII, Manuductio ad Lectionem S.Scripturæ.*Halæ Saxon*.1709.in 12.angl. 20

27. Jo: FRID. MAYERI Bibliotheca Biblica, sive Decas Dissertationum de notitia Auctorum Pontificior. Reformator. Lutheranor. & Judæor., qui in S. Scripturam Commentaria scripserunt. *Lipsiæ* 1711. in 4.r. 25

28. APPARATUS criticus ad formandum Interpretem V.T. a D.Car. Fried.Bahrdt. *Lipsiæ* 1775.in 8.r. 30

29. Jo: GERHARDI, Tractatus de legitima S. Scripturæ Interpretatione. *Jenæ* 1663. in 4.angl. 30

30. DE S. SCRIPTURA, ejusque Usu, ac Interpretibus Commentarius, auct. Fabiano Justiniano. *Parisiis* 1618. in 8.r. 30

31. LUD. WOLZOGEN, de Scripturarum Interprete adversus Jo: de Labadie; acced. ejusdem Censura Censuræ Eccl. Gallo-Belgicæ Medioburgensis *Tr. ad Rhenum* 1668. in 8.v. hol. 50

32. Jo: AUG. HERNESTI, Institutio Interpretis N. Test. *Lugd. Bat*.1762. in 8.r. 20

33. Jo: LEONH. RECKENBERGERI, Tractatus de Studio Sacræ Hermeneuticæ. *Jenæ* 1732.in 8.v.hol. 25

34. Jo: ALPHONSI TURRETTINI, de S. Scripturæ interpretandæ Methodo. *Trajecti Thurior*. 1728 in 8. v. hol. 30

35. LAMB. DANÆI, Methodus tractandæ S. Scripturæ. *Ap. Petrum Santadreanum* 1579. in 8.r. 15

36. THEOLOGIA PROPHETICA, seu Clavis Prophetiarum, & Typorum S. Scripturæ. *Tyrnaviæ* 1705. in 4. angl. 50

37. REGLES de S. Augustin pour l' Intelligence des Pseaumes. *Bruxelles* 1685. in 12.r. 10

38. BERN. DALL'ASTA, Trattato Scritturale apologetico in risposta al S. Ab. Quadrio intorno al senso degli due ultimi Versetti del Salmo L. e in generale a tutti i sensi della S. Scrittura. *Roma* 1759. in 4. p. 30

39. JO: SAL. SEMLERI, Apparatus ad literal. N. T. Interpretationem. *Holæ Magd.* 1767. in 8.r. 30

40. JO: GEORG. PRITII, Introductio in Lectionem N. Testamenti, editio aucta. *Lipsiæ* 1725. in 8. v. hol. 30

§. II. *Institutiones*, & *Dissert. ad faciliorem S. Scripturæ Intelligentiam*, & *Interpretationem*.

41. JOS. JUL. MONSPERGERI, Institutiones Hermeneuticæ Sacræ V. T. prælectionibus accademicis accommodatæ. *Vindobonæ* 1776. 1777. 2. vol.8 gal. cor. d. 80

42. JO: JAC. RAMBACHII, Institutiones Hermeneuticæ sacræ, cum præf. Jo: Franc. Buddæi, *Jenæ* 1730. in 8.v.hol. 40

43. SEB. SEEMILLER, Institutiones ad Interpretat. S. Scripturæ cum Comment. de Studio Linguæ hebr. cum theologia conjungendo &c. *Aug. Vindel.* 1779. in 8.r. 40

44. STEPH. HAYD, Introductio Hermeneutica in Sacros. N. T. Libros. *Vindobonæ* 1777. in 8.r. 40

45. PRÆNOTIONES Hermeneuticæ N. Test., auct. Adamo Vizer. *Tyrnaviæ*. 1777. in 8. *max.* gal. cor. d. 50

46. CHRISTOPH. WOLLII, Hermeneutica novi fœderis, usibus Theologiæ Christianæ inserviens. *Lipsiæ* 1736. in 4.angl. 40

47. —— Examen Regularum Hermeneuticarum Augustini Calmeti. *Lipsiæ* 1733. in 8.angl. 25

48. QUÆSTIONES Scripturisticæ ex IV. Evangeliis excerptæ in usum Ordinandorum. *Ven.* 1772. in 8.gal.cor.d. 30

49. MICH. HERN. REINHARDI, Pentas Conatuum

sacrorum e Sanctiori Hermeneutica. *Lipsiæ* 1709. in 8. r. 15

50. Aug. Calmet, Dissertationes excerptæ ex ejusd. Commentar. in S. Scripturam. *Tyrnaviæ* 1754. 9. vol. in 8. angl. 2

51. Guil. Bonjour, Selectæ Dissertationes in S. Scripturam. *Montisfalisci* 1705. in 4. p. 40

52. Domin. Ant. Baldassari, Dissertationes cum italica versione Pauli Rolli. *Ven.* 1757. in 4. r. 30

53. Raccolta di Dissertazioni sulla S. Scrittura. *Napoli* 1779-1782. 6. vol. in 8. r. 2

CAP. II.

S. Scripturæ Textus, & Versiones.

§. I. *S. Scripturæ Textus, & Versiones in Linguis Orientalibus.*

54. Biblia Sacra Polyglotta Philippi II. Hispaniarum Regis jussu edita, ac impressa cura Bened. Ariæ Montani. *Antuerpiæ apud Plantinum* 1569. - 1572. 8. vol. in fol. c. d. 60

Quoad quinque priores hujus Polyglottæ tomos nulla inter Bibliographos quæstio oritur, quia ordinem S. Textus a Genesi usque ad Apocalypsim sequuntur. Discrepant tantum quoad reliquos tres tomos, qui Apparatus continent, quum alii aliam Materiarum dispositionem accomodent. Nobis hic operæ pretium erit indicare, quod nostrum hoc Exemplar eumdem sequatur ordinem, quem exponit *Clement To: IV. p.* 180. & quod plenam habeat marginem, optimæque sit integritatis; exceptis prioribus duobus Tomis, qui aquæ pluviæ maculis alicubi scatent.

55. Biblia Sacra Polyglotta cum apparatu, append. & annot. opera Briani Walton; accedit Lexicon Heptaglotton Edmundi Castelli. *Londini* 1657. - 1686. 8. vol. in fol. gal. cor. d. 60

56. Biblia Hebræa Rabbinica *Ed. V.* additis Commentariis Aben Esdræ in Esaiam, XII. Prophe-

tas minores, & in Esdram, studio Jo: Buxtorfii Patris, qui in Targumim puncta vocalia ex analogia linguæ chald. immutavit, & plurima errata Masoræ diversor. Exemplarium & Concordantiarum subsidio castigavit, *omnia hebraice. Basileæ Typ. Lud. Koniq.* 1618.-19. *item* Tiberias, *sive* Comment. Masoreticus triplex a Jo. Buxtorfio Fil. locupletatus, & accurante Jo: Jac. Buxtorfio Jo: Fil. Jo: Nepote. *ibidem* 1665. 5.tor. 3. vol. in fol.c.t.d. 15

57. Biblia S. V. Test. Hebraica cum Commentar. *hebr.* Rasci, & versione *Germanico - Judæa*. *Amstelodami* 1755.-1760. 15.vol. in 8.c.t.d. 9

58. Biblia Hebraica, Latina, planeque nova Seb. Munsterii Tralatione. *Basileæ* 1546. 2.vol. in fol.c.n. 5

59. Biblia Hebraica cum locis Scripturæ parallelis, brevibusque adnotat. var. Lection. &c. cura D.Jo. Heinr. Michaelis. *Halæ Magd.* 1720. 2.vol. in 4. v. hol. C. M. 6

60. Biblia Hebraica cum notis Masorethicis, & cura M. Christ. Reineccii. *Lipsiæ* 1739. in 4. gal. cor. d. 2 80

61. Vet. Testamentum Hebraicum, & N. Testam. Græcum latine ad literam redditum, & in usum Theologiæ Candidatorum vulgatum a Lud. Debiel. *Viennæ* 1740. 1747. 6. vol. in 8. *max.*gal.cor.d. 8

62. Daniel Secundum LXX. ex Tetraplis Origenis nunc primum editus e singulari Chisiano Codice annor. supra DCCC. *Romæ* 1772. in fol. v. d. *nitida*, *& accurata editio*. 3

63. Daniel secundum LXX. ut supra cum animadv. & præfatione Car. Segaar. *Trajecti ad Rhenum* 1775. in 8. r. 60

64. Daniel sec. edit. LXX. ex tetraplis desumptam ex Cod. Syro-Estranghelo Biblioth. Ambrosianæ cum vers. & not. Cajetani Bugati. *Mediolani* 1788: in 4. 70

65. Specimen Versionum Danielis Copticarum novum ejus caput Memphitice, & Sahidice ex-

hibens, op. Frid. Munter. *Rom.* 1786. in 8.v.d. 30
66. PSALTERIUM HEBRAICUM, Proverbia Salomonnis, Job. &c. ex *Off. Plantiniana Raphelengii* 1615. in 16. v. hol. 40
67. PSALTERIUM SYRIACUM, recensuit, & latine vertit Thomas Erpenius, notas philologic. & & crit. addidit Jo: Aug. Dathe. *Halæ* 1768. in 8. angl. 80
68. GYMNASIUM ARABICUM, in quo tres priores Davidis Odæ cum versione latina & notis criticoanalyticis exhibentur a Jo: Christ. Wichmannshausen. *Wittembergæ* 1724. in 4. r. 40
69. QUATUOR EVANGELIA N. T. ex lat. in hebraicum sermonem versa a Jo: Bapt. Jona. *Romæ* 1668. in fol. gal. cor. d. 1 20
70. FRAGMENTUM Evangelii S. Joannis Græco-Copto-Hebraicum Sæc. IV. cum aliis Thebaidensium fragmentis e vetustiss. membranis, lat. versum & illustr. a F. Aug. Ant. Georgio. *Romæ* 1789. in 4. angl. 2

§. II. *S. Scripturæ Textus, & Versiones in Lingua Græca.*

71. VETUS TESTAMENTUM græc. ex vers. LXX. secundum exemplar Vatic., præfationem variasq. lectiones e codicibus MSS. Biblioth. Leidensis præmisit Dav. Millius. *Traject. ad Rhenum* 1725. 2. vol. in 8. p. 1 60
72. VETUS TESTAMENTUM græc. ex versione LXX. una cum libris apocryphis secundum exemplar Vaticanum, ex rec. M. Christ. Reineccii. *Lipsiæ* 1757. in 8. v. hol. 1
73. NOVA VERSIO GRÆCA, Proverbiorum, Ecclesiastis, Cant. Canticor. & ex cod. Veneto Bibliothecæ S. Marci eruta a Jo: Bapt. Casp. D'Ansse de Villoison. *Argentorati* 1784. in 8.r. 50
74. NOVUM TESTAMENTUM græc. una cum Scholiis græc. op. Jo: Gregorii. *Oxonii, è Theatro Sheldon.* 1703. in fol. gal. cor. d. 3
75. NOVUM TESTAMENTUM græcum cum variis le-

ctionibus margine indicatis, & in calce appositis, subjuncto apparatu, cura Jo: Alb. Bengelii. *Tubingæ* 1734. in 4. v. d. 50

76. NOVI TESTAMENTI græci Libri omnes; acced. Parallela Scripturæ Loca, nec non var. lect. ex plus 100. MSS. Codicibus & antiquis version. cum præf. Aug. Hern. Franckii. *Lips.* 1702. in 8. c. n. ch. d. 80

77. NOVUM TESTAMENTUM græc. cum variantibus lectionibus, cura P. Herm. Goldhageri. *Moguntiæ* 1753. 2. vol. in 8. r. 60

78. NOVUM TESTAMENTUM græc. adjectis var. lectionibus, & notis, nec non harmonia Evangelior. cura M. Christ. Reineccii. *Lipsiæ* 1753. in 8. v. hol. 50

79 NOVUM TESTAMENTUM G. L. ex vers. Des. Erasmi Roterod. cum glosa compendiaria Mat. Flacci Illyrici. *Francofurti* 1659. in fol. v. hol. 4

80. NOVUM TESTAMENTUM græc. cum interpretatione latina interlineari B. Ariæ Montani, *ex Off. Plantin. Rapheleng.* 1613. in 8. *max.* v. hol. 1

81. EVANGELIUM sec. Lucam G. L. ex Cod. nunquam antea examinatis edidit, & animadvers. criticas adjecit Christ. Frid. Matthæi. *Rigæ* 1786. in 8. angl.
—— sec. Joannem G. L. &c. *ut supra ibid.* 1786. in 8. angl.
D. PAULI Epistolæ ad Romanos, Titum, & Philemonem G. L. &c. *ut supra ibid.* 1782. in 8. angl.
EPISTOLÆ VII. Catholicæ G. L. &c. *ut supra ibid.* 1782. in 8. angl.
S. LUCÆ Actus Apostolorum G. L. &c. *ut supra ibid.* 1782. in 8. angl. 4

82. ACTA APOSTOLORUM G. L. *Dilingæ* 1665. in 12. v. hol. 20

83. EVANGELIA, & Epistolæ G. L. quæ Dominicis, & Festis diebus legi solent. *Col. Agrip.* 1621. in 12. r. 25

§. III. *S. Scripturæ Versiones in Lingua Latina.*

84. BIBLIA utriusque Testamenti. *Oliva Rob. Stephani* 1556-1557. 2. to: 3. vol. in fol. v. hol. 12

In hac editione duplices versiones, vulgatam nempe, & S. Pagnini, cum correctione & Comment. Vatabli in V. Test., ac translationem, notasque Theod. Bezæ in Novum, R. Stephanus edidit. De ejusdem raritate confer Fabricium *in Hist. Biblioth. Fabric.* P. I. p. 14.

85. BIBLIA SACRA a Theologis Lovaniensibus recensita &c. *Antuerpiæ* Off. *Christoph. Plantini* 1583. in fol. max. cum *fig. æneis* c. r. d. 8

Editio in pretio habenda v. *Diction. de Livres rares.*

86. BIBLIA SACRA per Andream Osiandrum. *Tubingæ* 1606. in 4. p. *chartis albis contexta.* 2

87. BIBLIA SACRA, sive Testamentum Vetus & Novum ex linguis originalibus in linguam lat. translatum a Seb. Schmidt. *Argentorati* 1708. 2. vol. in 4. v. g. cor. d. 8

88. BIBLIORUM SACRORUM (omnium) latinæ versiones antiquæ, *seu* Vetus Italica, & cœteræ quæcumque in Cod. MS. repertæ, & cum Vulgata Latina, & cum Textu Græco comparatæ, accedunt Præfationes, Observat. ac Notæ op. P. Petri Sabatier. *Remis* 1751. 5. to. 6. vol. in fol. p. 15

89. BIBLIA SACRA *v. e.* versiculis distincta cum not. Jo: Bapt. Du Hamel. &c. *Venetiis* 1741. 2. vol. in 4. gal. cor. d. 2 60

90. —— & *v. e.* Sixti V. P M. jussu edita *Antuerpiæ Off. Plantiniana* 1608. in 8. v. hol. *pulcherrima editio.* 1 20

91. —— & *v. e.* Sixti V. & Clementis VIII. *Vindobonæ* 1760. 1761. 6. vol. in 8. gal. cor. d. 2 40

92. —— & *v. e. Bassani* 1768. 2. to: 1. vol. in 4. *max.* p. 1 60

93. —— & *Venetiis* 1758. 2. vol. in 4. *max.* p. 1 80

94. —— *v. e. Colon. Agrip.* 1634. in 12. c. n. 60

95. —— & *v. e. Antuerpiæ* 5. vol. in 16. r. 1
96. —— & *v. e. Venetiis* 1765. 7. vol. in 18. r. 1 50
97. —— & *v. e. Venetiis* 1750. in 8. gal. cor. d. 80
98. PSALMI Davidis, Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, & liber Sapientiæ, ex interpret. Sebastiani Castelionis. *Lipsiæ* 1724. in 12. r. 20
99. TESTAMENTUM NOVUM &c. D. Erasmus Roterod. novissime recognitum. *Tiguri* 1556. in 16. p. 40
100. NOVUM TESTAMENTUM *v. e.* juxta exemplar Vat. *Lugduni* 1680. in 8. c. r. d. 50
101. NOVUM TESTAMENTUM, Sebast. Castellione Interprete; accessit Mat. Belii Parænesis &c. *Lipsiæ* 1724. in 12. angl. 30
102. EVANGELIARIUM quadruplex lat. versionis antiquæ, seu vet. italicæ ex Cod. MS. plusquam millenariæ antiquit. editum a Jos. Blanchino. *Romæ* 1749. 2. vol. in fol. p. 2 50
103. EVANGELIORUM Codex S. Eusebii M. Ep. & Mart. manu exaratus ex Autographo Basil. Vercellensis ed unguem exhibitus, op. Andr. Irici *Mediolani* 1748. 2. vol. in 4. p. 1 80

§. IV. *S. Scripturæ Versiones in Lingua Gallica, Italica, Hispanica, aliisque.*

104. L'ESPRIT DE DAVID, ou nouvelle trad. de CL. Psaumes avec le Texte lat. par M. Le Noble *Paris* 1706. in 12. gal. 30
105. LES PSAUMES de David trad. selon la nouvelle version latine du Texte hébreu, avec la vulgate à côté. *Lyon* 1767. in 8. gal. cor. d. 50
106. LES PSEAUMES de David avec le Texte lat. selon l'Hébreu, avec les Cantiques, les Oraisons de l'Eglise. *Paris*. 1718. in 8. gal. cor. d. 40
107. LES PSEAUMES de David traduction nouvelle selon l'Hébreu par Mr. l'Abbé d'A... *Bruxell.* 1732. in 8. gal. cor. d. 30
108. LES PSEAUMES de David, & les Cantiques de l'Eglise traduits selon la vulgate, avec des courtes notes tirées des SS. Pères. *Bruselles* 1700. in 12. angl. 30

109. NOUVELLE TRADUCTION du Livre des Pseaumes selon la Vulgate, & les differ. textes avec des notes literales, & gramaticales (per Jac. de Melicque). *Paris Guerin* 1705. in 8. *max.* gal. cor. d. . 60

110. LE PSEAUTIER de David trad. avec des notes courtes tirées de S. Augustin, & des autres Pères. *Paris* 1725. in 8. *max.* gal. cor. d. 60

111. LES PSEAUMES en vers avec la Liturgie, le Catéchisme, & la Confession de Foi des Eglises Réformées. *Amsterdam* 1689. in 12. v. hol. 40

112. PSALTERIUM cum apparatu vulgari firmiter appresso pro more barbarico (seu germanorum) translatum. *Basileæ per Michelem Furter* 1503. in 4. *charact. gothico* c. fl. 1 80

Opus primis incognitum Bibliographis, ipsique Le Long non visum.

113. LE NOUVEAU TESTAMENT de N. S. Jesus Christ. revu & approuvé par le Pasteur de l'Eglise de Génève. *Leipzig* 1730. in 8. *v. hol.* 60

114. — Id. opus *Altona* 1751. in 8. gal. cor. d. 60

115. LE NOUVEAU TESTAMENT de N. S. Jesus Christ. trad. en françois selon l'édition vulgate avec les differences du grec. *Mons. Migeot* 1672. 2. tom. 1. vol. in 12. gal. 50

116. LE NOUVEAU TESTAMENT de N. S. Jesus Christ. trad. en françois selon l'éd. vulgate. *Mons Migeot* 1704. 2. tom. 1. vol. in 12. gal. 40

117. LE NOUVEAU TESTAMENT de N. S. Jesus Christ. trad. en françois selon la vulgate par le P. Dom. Bouhours. *Nancy* 1731. in 8. gal. cor. d. 50

118. LE NOUVEAU TESTAMENT de N. S. Jesus Christ. trad. sur l'original grec, par Mess. de Beausobre, & Lenfant. *Ulme* 1771. in 8. r. 40

119. IL NUOVO TESTAMENTO di Jesu Christo N. S. nuovamente riveduto, e ricorretto secondo la Verità del Testo Greco, e di molte utili annotazioni illustrato. *Appo gl' heredi d' Eustachio Vignoni* 1596. in 8. c. n. 1

Versionem hanc a se tantummodo visam referunt Paitonius *Bibl. degli Aut. ant. volgariz. tom.* 5. *p.* 129 & Le Long *Bibl. sac. to:* 2. *p.* 500., neque de illius Interprete loquuntur.

120. El Nuevo Testamento revisto y conferido con el texto griego por Cypriano de Valera. *Amsterdam* 1625. in 8. v. hol. 40

121. D. N. Jesu Christi SS. Evangelia ab Ulfila Gothorum in Mœsia Episc. circa an. CCCLX. ex græco Gothice translata nunc cum parallelis versionibus, Sveo Gothica, Norræna, seu Islandica, & vulgata latina, edita. *Stockholmiæ* 1671. adhæret Glossarium Ulphila-Gothicum linguis affinibus per Fr. Junium, nunc etiam Sveo-Gotica auctum per Georg. Stiernhielm. *Holmiæ* 1670. in 4. v. g. cor. d. 6

Primæ raritatis liber, de quo satis abunde Jo: Henricus à Seelen *in memor. Staden p.* 57. 58. & Clement *T. VIII, p.* 136. Exemplar autem hoc integrum, & venustissimum.

122. Novum Testamentum tam ex lat. quam ex aliis idiomatibus in linguam *Arumansch* sive Rhæticam conversum per Jac. Biffrun Engadina-Rhætum cum præf. Philippi Gallicii, epistola Erasmi hac lingua donata, & altera præf. Jac. Biffrun in 8. *absque loco*, & *typogr.* 1560. in 8. v. g. cor. & ch. d. 2 50

Hæc prima fuit hujus versionis editio, atque rarissima est in ipsa Rhætia. C. G.

CAP. III.

Harmoniæ, & Concordiæ Evangelistarum.

123. Evangeliorum Harmonia G. L. auct. Nic. Toinard. *Parisiis off. Andreæ Cramoisy* 1707. in fol. v. hol. 3

124. Jo: Rhein. Russii, Harmonia Evangelistarum *Jenæ* 1727-1730. 3. to: 4. vol. in 8. v. hol. 2 50

125. Harmonia Evangelica, cui subiecta est Historia Christi ex IV. Evangeliis concin. &c.

Auct. Jo: Clerico. *Amstelod.* 1700. in fol. v. hol. 2 80

126. HARMONIA EVANGELICA ita concinnata, ut unum continuum Evangelium ex IV. Evangelistis perpetua paraphrasi sistatur ac illustretur, auct. Jo: Henr. Mayo. *Francof. ad Mœ* 1707. in 4. v. hol. 1 50

127. ZACHARIÆ (Goldsborug) Ep. Chrysopolitani de Concordia Evangelistarum Libri IV. *Eucharius Cervicornus excudebat* 1535. *item* Zmaragdi, *seu* Smaragdi Abb. S. Michaelis ad Mosam, Explicatio in Evangelia, & Epistolas quæ per circuitum anni in Templis leguntur. *Argentorati* 1536. in fol. c. 4

Opus utrumque rarum. Raritatem primi notat *Index Libror. rar. Biblioth. Budensis*. Raritas autem alterius notatur ex eo, quod omnibus fere Bibliographis ipsique Trithemio in *Annal. Hirsaug.* to: 1. p. 68. sit incognitum; licet alia Smaragdi opera referat. Ceillier hac de re indagator diligens *Hist. gen. des Auteurs Sacr.* to: 18. p. 427. ubi de Auctore fuse loquitur, Operam hanc, & hanc Editionem ex Honorio tantum *lib. 4. de Script. Eccles. cap. 6.* nobis exhibet.

128. SEB. BARRADII Comment. in Concordiam, & Hist. IV. Evangelistarum cum Itinerario Filior. Israel, opus posthumum. *Aug. Vindel.* 1742. 5. vol. in fol. gal. cor. d. 6

129. BERN. LAMY, COMMENTARIUS in Harmoniam sive Concordiam IV. Evangelistarum cum Apparatu chronolog. & geogr. *Venetiis* 1735. 2. vol. in 4. p. 1 50

130. CORN. JANSENII Ep. Gandav. Commentarii in suam Concordiam ac totam Historiam Evangel. *Lugduni* 1606. in fol. v. hol. 1 20

131. —— Id. opus. *Antuerpiæ* 1613. in fol. v. hol. 1 50

132. —— Id. opus. *Moguntiæ* 1624. in fol. v. hol. 1 50

133. CASP. SAGITTARII, Harmoniæ Passionis Jesu Christi Libri III. *Lipsiæ* 1684. in 4. v. hol. 1 20

Opus eruditiss. ac magna cum utilitate legendum. Walchius *Biblioth. theolog.* To: 4. p. 908.

CAP. IV.

Historia Biblica figurata.

134. HISTORIÆ celebriores Vet. & N. Testamenti iconibus representatæ, ac selectis epigrammatibus lat. & german. exornatæ a Christophoro Weigelio. *Norimbergæ* 1712. 2. to: 1. vol. in fol. gal. 12

135. HISTOIRE du V. & N. Testam. réprésentée avec des figures & des Explications tirées des SS. Péres per M. de Royaumont. *Paris* 1735. in 4. *fig.* v. g. cor. d. 2 50

136. —— Id. opus. *Vienne* 1774. in 8. *fig.* r. 80

137. HISTORIA Sagrada do velho, e novo Testamento por Royaumont *traduzida na portug.* por Luiz Paul. da Silva. *Lisboa* 1752. in fol. c. r. d. 2

138. PHYSICA SACRA Jo: Jac. Scheuchzeri Iconibus æneis illustrata. *Aug. Vindel.* 1731-1735. 4. vol. in fol. v. g. cor. d. 35

Opus hoc insignitur DCCL. tabulis a celebrioribus illius ævi Cælatoribus ære expressis, quæ in gallica versione *Amstelodami* 1732. edita etiam inveniuntur. Bibliophili tamen latinam hanc præferunt (ut ipse testatur de Burius), quia viviores exhibet icones.

CAP. V.

Codices Apocryphi.

139. JO: ALB. FABRICII, Codex Pseudepigraphus Vet. Test. acced. Josephi vet. christiani scriptor. Hypomnesticon. *Hamburgi* 1713-1723. 2. vol. in 8. v. hol.)
—— Codex Apocryphus N. Test. cum tertia parte nunc prim. edita. *Hamburgi* 1703-1719. 3.) vol. in 8. v. hol. 8

140. Jo: DALLÆI, de Pseudepigraphis Apostolicis Libri III. *Hardervicii* 1653. in 8. v. hol. 50

141. Is. DE BEAUSOBRE, Dissertatio de N. Fœderis

Libris apocryphis, latine vertit Frid. Guil. Roloffius. *Berolini* 1734. in 8. r. 20

CAP. VI.

Commentatores, & Paraphrastæ.

§. I. *Commentatores in universam S. Scripturam, vel in plures illius partes.*

142. BIBLIA SACRA cum Glossa ord. a Strabo Fuldensi collecta, Postillis Nic. Lyrani, addition. Pauli Burgensis ac Matthiæ Thoryngi replicis, edita a Franc. Fevardentio, Jo: Dadreo, & Jac. de Cuilly. *Parisiis* 1590. 6. vol. in fol. *max.* c. fl. 14

143. —— Id. opus cum iisdem Postillis &c. Theologorum Duacensium Studio emendata, ex rec. Leandri a S. Martino Benedict. *Antuerpiæ ap. Jo: Meursium* 1634. 6. vol. in fol. *max.* c. fl. 15

144. BIBLIA SACRA V. E. variantibus Lectionibus, & Menochii commentariis ornata. *Vien.* 1755. 8. vol. in 4. v. gal. cor. d. 10

145. VETUS, ET N. TESTAM. literal. & moral. Commentaris illustrata ab Ant. de Escobar. *Lugduni* 1667. 9. to: 5. vol. in fol. v. hol. 6

146. THOMÆ MALVENDA, Comment. in S. Scripturam cum nova ex Hebreo Translatione. *Lugduni* 1650. 5. vol. in fol. p. 4

147. LE VIEUX ET LE N. TESTAM. traduits, avec l'Explication du sens litteral, & du sens spirituel tirée des SS. Péres, & des Auteurs Ecclés. par M. de Sacy. *Bruxelles* 1700-1703. 38. vol. in 12. gal. 12

148. —— Id. opus. *Bruxelles* 1723. & seq. 42. vol. in 12. v. g. cor. d. 18

149. COMMENTAIRE Litteral sur le V. le N. Testament, & sur l'histoire & la concorde des quatre Evangelistes avec le texte latin à la marge, par le R. P. De Carrieres. *Paris* 1715. & seqq. 20. vol. in 12. gal. 6

150. La Sainte Bible avec un Commentaire litteral & des Notes tirées des Auteurs Anglois per Charles Chais. *Haye* 1742-1790. 8. vol. in 4. p. 6

Priora hæc VIII. volumina usque ad Libr. Esther rerum sacrarum seriem complectuntur.

151. V. e N. Testamento sec. la Volgata trad. e con annotazioni dichiarato da Monsig. Ant. Martini. *Rom.* 1784-1788. 23. vol. in 8. p. cor. d. 10
152. Cornelii a Lapide Commentarii in S. Scripturam. *Antuerpiæ* ap. *Meursium* 1659. 10. vol. in fol. v. hol.)
Jo: de Pineda Comment. in Job. *Venet.* 1739. 2.) vol. in fol. gal.)18
153. — Id. opus. *Venetiis* 1740. 11. to: 10. vol. acced. Pineda in Job. *Col. Agrip.* 1739. 2. to: 1. vol. in fol. gal. cor. d. 16
154. Alph. Tostati Abulensis Ep. Opera omnia, cum Ind. univers. *Col. Agrip.* 1613. 13. vol. in fol. c. fl. 18
155. — Id. opus. *Venetiis* 1728. 27. to: 13. vol. in fol. gal. cor. d. 16
156. Ugonis de S. Charo Card. Opera omnia in V. & N. Testam. *Venetiis* 1600. 8. to: 6. vol. in fol. v. hol. 6
157. — Id. opus cum Ind. gen. *Venetiis* 1754. 8. vol. in fol. p. 7
158. Jo: Marianæ, Scholia in V. & N. Testament. *Parisiis* 1620. in fol. v. hol. 2
159. Jac. Tirini, Comment. in S. Scripturam. *Antuerpiæ ap. Verdussen* 1688. 2. vol. in fol. p. 2 40
160. Lib. Fromond, Commentaria in S. Scripturam. *Rothomagii* 1609. 2. par. 1. vol. in fol. v. g. cor. d. 2 80
161. Guil. Estii, Opera omnia in S. Scripturam. *Venetiis* 1759. 3. vol. in fol. p. 4
162. — Annotationes in præcipua ac difficiliora S. Scripturæ loca. *Col. Agrip.* 1631. in 4. v. hol. 1
163. Adami Sasbout, Opera omnia in S. Scripturam *Coloniæ Agrip.* 1575. in fol. p. 80

164. AUG. CALMET, COMMENTAIRE litteral sur tous les livres de l'Ancien & du N. Testament. Paris 1724-1726. 8. to: 9. vol. in fol. v. g. cor. d. — Dictionnaire historique, & critique de la Bible, Ouvrage enrichi de plus de 300. figures en taille douce. *Paris Emery* 1730. 4. vol. in fol. v. g. cor. d. 50

Editio præstantissima, & præcipue quoad Dictionarium, in quo suis quæque locis Auctoris supplementa reperiuntur inserta, & quod iconibus exornatur elegantissimis.

165. — Comment. liter. in V. & N. Testam. *Aug. Vindel.* 1734-1735. 8. vol. in fol. fig. v. hol. — Dictionarium Histor. crit. chronol. &c. S. Scripturæ. *Venetiis* 1726. 2. to: 1. vol. in fol. fig. v. g. cor. d. 18

166. — Commentarium literale in V. & N. Testamentum cum Dictionario histor. critico. *Venetiis* 1730. 1734. 10. to: 11. vol. in fol. v. g. cor. d. 18

167. Jo: STEPH. MENOCHII, Commentarii totius S. Scripturæ cum Supplem. Ren. Jos. Tournemine. *Venetiis* 1758. 3. vol. in fol. gal. cor. d. 2 60

